domini propter superbiam Italorum antiquorum. Mea vero sententia est divitias esse sicut mors et vita apud homines est dare locum successoribus et divites pauperibus. Ipse Anthonius videtur prudens et sapiens et habet magnum animum, sed si credendum est ecclesiae ipsa familia facta fuit anathema a Dño Johanne Cossa vero Papa et ideo nullus magni animi et virtutis in ipsa familia veniet ad optimum finem, et si protectio Dñi Bartholi Ursi ipsis comitibus non assisteret, expulsi fuissent etiam a Sabina et a Romandiola.

Das folgende: Stelle scheint ausgestrichen.

p. 341. Dñus Johannes de Marcellonibus vir potens illius urbis (Rehate Reate) — — fecit mihi videre locum ubi Pipinus rex Longobardorum vel Italiae clausit vias subterraneas, per quas antiquitas transibat pulchrum et clarum flumen, quod hodie ab ecclesia S. Susanne quae est iuxta illud flumen dicitur de S. Susanna, et monticulus ille seu collis, ad cuius pedem exit flumen, dicitur ab omnibus Colle de lo Re Pipino.

p. 342. Scripturae antiquae Monasterii Pharphensis referunt multas antiquitates ipsius regionis, sed multas etiam continent fabulas. Nam in illis scripturis reperi fuisse in ipsa regione plures urbes et oppida, quae numquam fuerunt et in illis locis est impossibile fuisse, ut civitas Mandelae, ubi nunc est castrum Podii de Mirtetis et vicus ille, super quem est hodie castrum nuncupatur Mandelandicus, quando nomen, vestigia et monumenta ipsius vici reperiuntur non procul a castris Licentiae, antiquitus Digentiae et Cantalupi Bardellarum antiquitus Mandelarum, quae castra hodie corrupto nomine nuncupantur.

p. 337. Antiqua via Salaria Romanorum transit per medium, vel iuxta urbes Fidenatum, Ereti, per vicum seu quoddam antiquum forum, quod dicebatur antiquitus ad Novas et hodie dicitur Massacci non procul ab antiqua Trebula, per medium Trebulae, per medium Rehatis et per medium Interocreae et ibat usque ad mare

~~Nachzusehen auf~~ Consignazioni Regia Marsicana.